

VIRO IUVENI ^{110.}
NOBILISSIMO
ATQVE
POLITISSIMO
HENRIC. GODOFREDO
TÜMMELIO

D. VIII. FEBR. A. R. S. MDCCCXLII.

SVMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES
CAPESENTI

DEBITA AMICITIAE OFFICIA TESTATVRI

GRATVLANTVR

A M I C I.

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIANA.

Kapsel 78N14 [201]





castalidum quis eo, quo par est, ardet amore,
Hunc quoque virtutis praemia certa manent.
Nam, memores doctrinae, circum tempora
lauros,

Artibus ipsarum qui studuere, ligant.

Ista nec exemplis res est firmanda repostis,

Quae sissit solo corroborata T V O.

T V studiis operam noctuque diuque dedisti,

T V iam iam Musas T E coluisse probas.

Monstrat namque satis praesens lux, praemia
quanta,

Quotque ferat gesti grande laboris onus.

Qua pedibus laetis cathedram conscendis, ibique

Pro studiis tantis suavia signa capis.

Hem! conferre volunt in T E sua iura Magistri

Musae, quae dignis exhibuisse iuuat.

Exoptate dies! quo non pretiosior alter,

Fundor laetitia, deliciisque trahor.

Postulat officium pietatis candor amoris,

Quodque? scio, sunt corda sacrata T I B I.

Nexus amicitiae, teneris constrictus ab annis,
Ignoscat : Nobis nam fuit vnus amor.
Pectoris ex imis queiscunque recessibus, ipsa
Prosperitate TIBI prosperiora, precor.

IOANNES DAVID BAVER,
Philos. et Iur. Vtr. Stud.

Nulla delectat magis atque splendet
Dignitas, quam quae meritis parata,
Nulla maiores apud Eruditos
Gignit honores.

Praeripit cunctis tamen illa palmam,
Arte quae docta studiisque parata,
Queis modo quouis ratio retusa
Nostra politur.

Hoc facit vero studium SOPHIAE ;
Ethnici quod iam veteres tenaci
Quod patres nostri rigido labore
Excoluerunt.

Hoc docet, qui quis meditetur apte ;
Monstrat effectus per eosque causas,
Vt sit ens summum, mihimet, tibi que
Prospiciatur.

Hancce doctrinam studuisse sane
Gloriam, laudem parit ac honorem ;
Praeualens illa sibi pene totum
Obligat orbem.



Iure, TÜMMELI, quoque TV mereris
Gloriam; semper studio Sophiae,
Codici sacro vigilans laborem
Quemque sacrafti.

Praedico talem merito beatum,
Mente qui Musas coluit sagaci
Tamque solerti studio, quod in TE
Quisque celebrat.

Iure conscendis cathedram Sophorum,
Vt gradum clarum TIBI largiantur,
Vtque concedant TIBI nomen atque
Iura Magistri.

Dignitas cunctis ea praeferenda est,
Quod TVIS illam meritis parasti;
Sic TVA iam iam struo pro salute
Candida vota.

Sospes et florens hilarisque viue!
Dignitas multos ferat haecce fructus,
Et mei nunquam, precor atque spero,
Immemor esto.

IO. ADAM. AVGVST. HVBENER,


Iuris Viriusque Studios.



VIRO IVVENI ^{110.}
NOBILISSIMO
ATQVE
POLITISSIMO
HENRIC. GODOFREDO
TÜMMELIO
D. VIII. FEBR. A. R. S. c1010CCXLII.
SVM MOS
IN PHILOSOPHIA HONORES
CAPESENTI
DEBITA AMICITIAE OFFICIA TESTATVRI
GRATVLANTVR
AMICI.

LIPSIÆ

EX OFFICINA BREITKORBIANA.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

